



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

De eius synodis, ac decreti. cap. 42.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

perari, ac imminui curabat. Religio-  
fius vero sodalitium in S. Mauritijs  
tutela constituit eorum; qui matri-  
monij expertes, in posterum quoq;  
sibi vitæ castitatem proponerent; &  
viuendi rationem à vulgaris consue-  
tudinis vanitate se iunctam amplecte-  
rentur. quorum opera Carolus, cum  
in alijs pijs officijs, tum in christia-  
nis scholis habendis præcipue vſus  
est: licet multo plures ea res requi-  
rat operarios. Hæc scholæ ad traden-  
da maribus, fœminisque separatim  
christianæ doctrinæ rudimenta, per  
ecclesiastis, foris, & in vrbe passim ha-  
bentur. Vnaquæque schola, & regio-  
nus habet administratos, qui festis die-  
bus, suo quisque loco, & munere, ei  
operi vacant: vniuersis sacerdos est  
præfensus; visitatoresque constituti;  
quibus ceteri ministri frequenter  
de religiosæ exercitationis progres-  
su, statuque omni referant; qui certis  
temporibus communicent inter se,  
locaque perlustrent, & quemadmo-  
dum se res habeat, vbique diligenter  
inspiciant. Hæc exercitatio ante Ca-  
roli aduentum boni viri laici studio  
incepta, non solum ignorantæ ma-  
lo in ijs quæ salutis sunt, medetur;  
sed in maxima, & prope infinita mul-  
titudine bonos mores, religiosum-  
que cultum conseruat. Ac de huius-  
modi, institutis, societatibusque sin-  
gulis leges, præceptave conscripta,  
& ex maiori parte edita sunt.

**De eius sy-**  
nodis. ac de  
cretis.  
**Cap. XLII**

Hæc disciplinæ, gubernationisque  
ratio, quæ vt per nos fieri potuit, bre-  
uiter adumbrata est; synodorum pro-  
vinciæ, dioceſiſque decretis conti-  
netur: tum magna quoque ex parte  
ediſtis; præscriptionibus; monitis;  
litteris publicis, quas pastorales di-  
cunt, explicatur: quorum magnum  
volumen edidit Petrus Galesinus,  
inscripsitque, Acta Ecclesiæ Mediola-  
nensis. incredibili studio nunc ab om-  
nibus orbis christiani partibus ex-  
petitum, Episcoporum concilia sex

cum celebrauerit, vt suis locis i n hi-  
storia tetigimus; sex etiam edid it de-  
cretorum volumina, ijsdem r erum  
fere generibus, titulisque disti cta.  
qua omnia in vnum corpus, su b ijs-  
dem capitibus componere, ad faci-  
liorem vſum cupiebat; eamque opus  
ipſe propemodum absoluerat 5 cum  
ex hac vita deceſſit. Tanti han z syno-  
dorum actionem faciebat; vt e pisco-  
porum excusationes difficult er acci-  
peret, ne conuenirent. quin etiā Car-  
dinalem episcopum prouinciæ, sub  
cōcilij tempus, nulla necessar ia cauſ  
fa Mediolanoabiturum, cum a preci-  
bus non posset, auctoritate Pontifi-  
cia, iureque suo tenuit, vt concilio  
interesseſſet, Dioceſis synod os, ad fa-  
citorum canonum præscrip tum, vel  
habuit quotannis; vel si diff alit, a ſu-  
mo Pontifice dilationis in ipetravit  
facultatem. ibi præter decreta popū  
lo suo, proprie accommodata, quo-  
rum libelli quatuor habentur; multa  
efficiebat ad recognoscendam, con-  
ſeruandamque cleri disciplinam; de  
quibus superius cōmemoratum est.  
Hæc omnia decretta, vel ex eo facie-  
bat; quod vſus, ac affidua speculatio  
in clero, populove, corrugendum,  
meliusve reddendum docuerat; vel  
ex eo, quod antiqua disciplina sup-  
peditabat, ad perfectiorem ecclesiæ  
conformationem. ex his alia prius in  
decreto erant, quam in vſu; alia vſus  
ante probauerat, quam in decretum  
venirent, quædam in sua dioceſi cō  
ſtituta prius, & perfecta; ad vniuer-  
ſe prouinciæ vſum deducebat.

Ad hoc tantum, tamq; multiplex Alia Caroli  
gregis vniuersi curandi ſtudium, ae officia, eius-  
laborem, quotidiana poſſunt addi pa- que exiſti-  
ternæ charitatis officia; quæ ſingulis matio.  
ille petentibus, viduis præſertim, ac Cap. XLIIJ.  
pupillis negauit numquam; ſiue con-  
ſilio quis, ſiue gratia, ſiue re iuuan-  
dus effet, quæ quidem benignitas fe-  
cerat, vt qui calamitate aliqua pre-  
meretur; qui ad graue aliquod ma-

PP 2 nus,